

Forfatter: Brahe, Tycho

Titel: Tychonis Brahe Dani opera omnia

Citation: "Tychonis Brahe Dani opera omnia", i *Tychonis Brahe Dani opera omnia*, udg. af I.L.E. Dreyer , 1913-29, s. a. Onlineudgave fra Arkiv for Dansk Litteratur: <https://tekster.kb.dk/catalog/adl-texts-tycho07tom-root/facsimile.pdf> (tilgået 22. september 2021)

Anvendt udgave: Tychonis Brahe Dani opera omnia

**TYCHONIS BRAHE DANI
OPERA OMNIA**

AUSPICHS SOCIETATIS LINGUÆ ET LITTERARUM DANICARUM
(DET DANSKE SPROG- OG LITTERATUR-SELSKAB)


DET KÖNIGELIGE BIBLIOTEK
KÖBENHAVN
961213 K

Reprinted with permission of
DET DANSKE SPROG- OG LITTERATUR-SELSKAB, COPENHAGEN
by
SWETS & ZEITLINGER N.V. - AMSTERDAM
1972

TYCHONIS BRAHE DANI OPERA OMNIA

EDIDIT

I. L. E. DREYER
TOMUS VII



HAUNLÆ MCMXXIV
IN LIBRARIA GYLDENDALIANA

5

10

15

20

Interea autem, dum hæ Buchananani literæ forte sunt in itinere, ego cum quodam nobili, eius Conterraneo, miseram illi libellum meum de Nova Stella, ea adhuc durante, editum. Cum vero exemplum nullum earum literarum mihi superfit, Epigramma solummodo apponam, eidem libro manu scriptum præfixeram.

25

AD CLARISSIMUM VIRUM ET POETAM EXCELLENTEM GEORGIUM
BUCHANANUM SCOTUM.

Hunc tibi non magnum mittit, Buchanane, libellum

Ignotus Boreis Tycho remotus aquis:

Sit licet ignotus, tamen is te novit, amatque,

Carminibus toto notus es orbe tuis.

30

Nec Boreas animos poterit difflungere nostros,

Nam te etiam Boreæ frigidus Axis habet.

Qualis enim cœlum convolvi Dania spectat,

Talis et hoc ipsum Scotia vœstra videt.

Exigua hæc igitur nostri monumenta laboris

À Borea in Boream consule miſa boni.

35

[Ex

- ad p. 17,²⁰] De Carneade vid. Cicronis *Tusc. disp.* III 25,⁸⁰⁻⁸².
- ad p. 17,²⁶] Cleanthis versus, quos affert Epictetus *Enchir.* 53, vertit Seneca *Epist.* 107,¹¹.
- ad p. 18,⁶] »dum memor ipse mihi . . .«: Vergil. *Æn.* IV 336.
- ad p. 19,²²] Prodiierunt Norimbergæ a. 1544 (non 1543) *Scripta clarissimi mathematici Io. Regiomontani de torqueto, astrolabio armillari, regula magna Ptolemaica, baculoque astronomico et observationibus cometarum.*
- ad p. 20,²³] Obliquitatem Eclipticæ annis 3434 inter 23° 52' et 23° 28' minui et augeri docet Copernicus *De revolut.* III 3 (p. 162 sqq. ed. secul.).
- ad p. 21,³⁰] Manilli *Astron.* I 41 sq.
- ad p. 21,³⁸] »penitus penitusque iacentes«: cf. Ovid. *Metam.* II 179.
- ad p. 21,³⁸] »nube vehi . . .«: Ovid. *Metam.* XV 149.
- ad p. 22,¹⁸] In editione Operum Georgii Buchanani (Edinburgi 1715) epistula data esse indicatur pridie Nonas Septembres a. 1576; atque item in editione, quæ prodit Lugduni Batavorum 1725 (II p. 738 sq.). Quocum consentit, quod in utraque editione epistula sic incipit: »Iam alter agitur annus . . .«. Sumpta esse dicitur »ex MS. et Edit. Lond.«; sed forma ejus illic exhibita multum abhorret ab ea, quam præbet Tychonis apographum. Incuria autem Tychonis factum esse videtur, quod libellum de Nova Stella, dum Buchanani litteræ forte essent in itinere, illi sese misisse ait. Nam in ipsa epistula Buchanani gratias ei agit, quod libellum sibi transmisserit.
- ad p. 24,⁵] vid. annotat. ad tom. IV p. 156,¹.
- ad p. 24,¹¹] Plinii *Nat. Hist.* II 16,³⁴⁻⁷¹.
- ad p. 29,³¹] Vitruvii *De architectura* IX 1,¹².
- ad p. 32,⁴¹] Epitaphium, quod hic omisimus, inter carmina Tychonis ponitur in tom. IX.
- ad p. 33,³¹] »quo tua te virtus vocat«: Horat. *Epist.* II 2,³⁷; »curta suppellex«: Pers. *Sat.* 4,³²; »res angusta domi«: Juvenal. *Sat.* 3,¹⁶⁵.
- ad p. 34,¹¹] cf. Horat. *Carm.* I 3,⁸.
- ad p. 39,²] cf. Vergil. *Æn.* IV 651 (»dum fata deusque finibat«).
- ad p. 39,³³⁻³⁵] Lucretii *De rerum natura* II 2-4.
- ad p. 40,²²⁻²³] »cumque alijs reliquos frustrare inglorius annos« versus est ipsius Tychonis (cf. tom. I p. 14,⁴⁰).
- ad p. 43,⁸] »inobseruata currere fidera«: cf. Ovid. *Fast.* III 111 sq. (cf. tom. IV p. 424,²¹ sq.).
- ad p. 43,¹²] vid. annotat. ad p. 8,¹.
- ad p. 43,¹⁶] »ornari . . .«: Manilli *Astron.* III 39.
- ad p. 43,³⁶] cf. Horat. *Epist.* II 2,³⁷; I 4,¹⁻⁷.
- ad p. 47,²¹] Non Haffniæ, sed Hvenæ datæ esse videntur, ut monet Friis; hic enim Tycho cometam observavit diebus 13-15 m. Nov.
- ad p. 48,⁴] De τόποις ἀναγεγραφοῖς vid. A. Bouché-Leclercq, *L'astrologie grecque* (Paris, 1899) pp. 411 et 413.